



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsque Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

De tertio fructu huius perfectionis, qui est, omnes opere & exemplo
iuuare. Cap. xxviiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

Dominus respondebit. Iustus enim Dominus inultum non patietur abire, quodcumque nocium verbum. Quid tibi nocere potest alterius malitia, si contra te inflatur, si detrahatur, si obiurgatur? Scipsum magis prodit, quia bonus non est. Nam si tu bonus fueris, & in patientia manseris, nihil mali tibi intulit, sed potius meritum tuum auxit. Tu clarior ex opprobrio coram sapientibus, tu probator ex virtute patientia. Nemini nocet prauitas alterius, nemine lædit verbū contumeliosum quamdiu ipse pius & immotus fuerit. Omnis homo qualis interior est, talis ei exterior aduersitas erit, quia si tu bonus, simplex, ac rectus, ac Deū timēs probaris, nemo tibi bonitatem, iustitiam, & pacem tuam potest auferre, nisi eam voluntariē reliqueris. Non est magna patientia, quam parua res perturbat. Disce saltem tacere ad iniuriā, quia prudētis est tacere in tempore malo. Ista in aduersis mansuetudo est verissima iniuriarū victoria, certissima imitatio Christi, decorū indumentum Euangelicę legis, & inconcussa, tutela charitatis. Hanc qui habet, fratrem in amicitia, & dilectione cōseruat; in sapientibus victus, sed Deo, & Angelis, & hominibus sapientibus victor apparet; nomen longanimis, & mitis ac eternę patrię ingressum conquirat. Nā per multas tribulationes & labores oportet nos introire in regnum Dei. Quādo verborū contumelia tentaris (ait Basilus) illud existima periculū de te fieri, an Deo per patientiā adhaereas, seu per iram in aduersarij partes inclines. Da tempus cogitationibus, ad optimā eligendi partem, opportunum. Nā de duobus, alterū proculdubio consequeris, aut inimicum tuę mansuetudinis exemplo maiorem reddes, vel certē si despexeris, acrius illū vindicabis. Quid enim aduersario ruidius esse potest, quā te animum gerere cōtumeliis omnibus altiorē? Noli tuam pessundare mentem; nec ab eo qui te conuictis, & omni iniuria petit, cōprehendi patiare. Sine illum frustra te allatrare, in seipso difrumpi, sicut enim ille, qui minimē sentientem, aut curantem verberat, seipsum lædit, & incommoda afficit, quōd nec inimicum pletere, nec animā irāque exfaciare se videat: Sic & is, qui contumelia in eum, qui nequaquam doleat, vituit, perturbati animi consolationem inuenire nullo modo poterit. Quin potius (quemadmodum diximus) ardebit magis, & animo æstuat. Ex hac igitur conditione, quale vterque vestrū nomen assequamur, videamus; Hic contumeliosus, tu magnanimus vocaberis; hic iracundus & durus, tu longanimis, & mitis; hunc quandoq; penitebit horum, quæ loquitur, te numquam benefacti, aut virtutis penitebit. Quid plura? Huic contumelia regnum cælorum claudit. Quod contumeliosi regnum Dei nō cōsequuntur; tibi taciturnitas idem aperuit. Nā qui sustinebit vsque in finem, hic saluus erit. Ne ergo tota bona simul cum charitate, vnica commotione perdantur, enitendum est, vt iniuriam, vel contumeliam pacatus animus, lene verbum, & mansuetum signum excipiat.

Meritō autem signorum etiam mentio facta est; quoniam sunt nonnulli, qui cum iniuria afficiuntur, verba quidem improprij comprimunt, vultus tamen tristitiam, & gestus indignationis indices cohibere non valent. Cū tamen huiuscemodi signa minus acceptam iniuriam reddant, & rationem referant, quā si quis verbis contumeliosum læsserit. Sunt enim signa quædā (inquit Beatus Dorothæus) quibus proximum lædamus; sunt aspectus, quibus eundem affligamus & molestia non parua afficiamus: signa itaque commotionis, & iræ etiam abicienda sunt, quia cor blandum, & mite, & charitatis dulcedine imbutū, nec verba dura, nec signa tristitia,

A & insuauia permittit.] Hæc autem lenitas & mansuetudo non tantum secularibus, & externis exhibenda est, sed pari cura fratribus, & domesticis offerenda. Nam sicut mansuetudinem cum verbis impetitur apud externos, ipsorum ædificatio postulat; ita cum a domesticis irritamur, eandem, bonum charitatis odor exposcit. Et non mansuetudini, sed inani gloria imputabitur, si quis cum secularibus agens, patiens, & mitis sit, cum fratribus verō conuersans, impatiens & iracundus videatur. Præceptum enim Domini, ne fratribus irascamur, obligat quidem nos, ne aduersus aliquem hominem (qui, vt iam diximus, nomine fratris intelligitur) iram concipiamus; sed multo magis constringit, ne fratrem nostræ conuersationis participem indignatione lædamus. Ex quo aliquorū deploranda fatuitas deprehenditur, qui cū fuerint conuicti alicuius fratris offensi, si ad lenitatem, & mansuetudinem inuitentur, illud solent respondere, quod legimus apud Ioannem Cassianum. Si paganus aliquis, si hoc secularis fecisset, aut ista dixisset, recte debuit sustinere; quis autem ferat fratrem tam grauis conscium culpæ, aut tam insolens de ore conuictum proferentem?] Huic autem querelæ, ipse Cassianus certē eximius vitæ spiritualis præceptor satisfaciatur. Quasi verō (inquit) patientia infidelibus tantum, atque sacrilegis, & non omnibus sit generaliter exhibenda, aut iracundia contra gentilem noxia, contra fratrem vitilis æstimanda sit, cū vitique perturbatæ mentis obstinata commotio, non dissimile; contra quemuis fuerit excitata, sibi inferat detrimentum. Tandem si quando contigerit, aut fratrem verbo aliquo offendere, aut offensus ab illo, & irritatos irasci, meminerimus sententiæ Abbatis Ioannis, qui cū a magno fene Pefio audiret: Numquam me sol resicientem vidit; ipse subiunxit: Nec me vidit iratum. Non obliuiscamur monitionem Pauli: sol non occidat super iracundiam vestram;] sed ante solis occasum, ante nocturnam quietem fratris offenso reconciliati cum eo, in gratiam, & amicitiam redeamus, semper nos somnus tranquillo & pacatos excipiat, vt quietam dormitionem, qua corpus quiescat, cor autem desiderio orationis inuigilet, feruida oratio, & pacifica cum Deo colloquio subsequatur.

D Qui hac ratione suā linguam frānerit, suam iram cohibuerit, & signa tristitia compresserit; si id iam ex habitu fecerit, & facile hilaritæque præstiterit; fructum profectō suauissimum perfectæ charitatis fraternæ habet, & optimo iure potest ab omnibus reputari perfectus.

De tertio fructu huius perfectionis, qui est omnes opere & exemplo iuuare.

CAPVT XXVIII.

Postremus perfectæ charitatis fructus in hoc situs est, vt omnes proximos bonis operibus adiuuemus, & sanctitatis exemplis fulciamus. Quem quidē fructum multo clariū, ac euidētius quā alios duos ex arbore vitæ, nimirum ex Christo Salvatore nostro valemus accipere. Primū enim, ac præcipuum; quo Christus Redemptor noster suam dilectionem ostendit, sunt opera stupenda & mirabilia, quæ in hominum salutem & utilitatem parauit. Cæpit enim facere & docere.] Principiō fecit; deinde verō, quæ antea fecerat, docuit, & doctrina factis stabilita, & operibus confirmata, homines erudiuit. Optimus modus docendi,

si prius

Cassian.
col. 16. c.
17.

Cassian. de
spiritu
Gastrim.
c. 27.

Ephes. 4.

Ab. 4.

Basil.

Matth. 24.

Doroth.
doctr. 3.

Astr. 1.

Chryf. bñ.
i. in Act.
Apoftol.

Ad Titũ
c. 2.

Ansel.

Ioan. ult.

Deut. 28.

Leit. 25.

Isa. 23.

Gene. 49.

Isaia. 62.

Greg. bñ.
22. in
Euang.

Et. 34.

fi prius difficultatem operis facto experiaris; deinde quæ expertus es, & opere didicisti, alios edoceas. Sicut è contra inepta est ratio docendi, alios ad illa efficienda adigere, quæ tu nec digitis attingisti, & (vt est apud Chrylstonium) nihil doctore frigidius, qui verbis dumtaxat philosophatur, Neque enim hoc doctoris est, sed histrionis & hypocritæ.] Saluator ergo, qui longissimè ab ingenio fictorum distabat, nihil verbo præcepit, quod non prius actione perfecit. Triginta annis docuit, & docendo operatus est, & tribus, aut ad summum quatuor annis, nondum expletis, verbo docuit, quod antea fecerat, nocendõque operum laborem non prætermisit, vt homines intelligerent, veram charitatem, non tam sermone, quàm operatione monstrari. Apparuit profectò gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos.] Prius apparuit ipse Christus, qui (vt interpretatur Anselmus) est gratia æterni Patris, misericorditer in nos effusa; postea verò nos erudit. Apparuit operibus, apparuit beneficiis, apparuit innumerabilibus virtutis, & sanctitatis exemplis. Postquam autem sic apparuit & factis suum incomprehensibilem amorem expressit, iam verbis nos in eodem amore, & in aliis virtutibus sapienter instruxit.

Hæc opera, quibus Saluator noster, suam infinitam erga homines dilectionem ostendit, tot sunt, vt si scribantur per singula (inquit Ioannes) neque ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribenda sunt, libros,] sed sub nominum aliquorum compendio exprimuntur sacrarum auctoritate literarum. Vocat enim Christum prophetam, & magistrum iustitiæ. Prophetam de gente tua (ait Moyses) & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus,] quoniam secreta caelestia mortalibus ad æternam felicitatem consequendam necessaria, reuelauit, & virtutis, ac perfectionis viam manifestauit. Vocat legillatorem, qui (vt est apud Ieremiam) dedit legem suam in visceribus eorum, & in cordibus eorum scripsit eam.] Quoniam legibus suis eos valauit, & cinxit, ne in vitia & peccata defluerent. In cordibus hominum, non autem in libris, atque membranæ leges scripsit, nam spontaneè & libenter leges istas suscipiunt, atque custodiunt. Vocat regem qui (vt apud eundem legimus) regnabit & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam in terra.] Nam tamquam rex homines gubernat, donis, & beneficiis profequitur, & ab hostibus, & inimicis defendit. Vocat salutem, quæ viuere animi ægritudines, & morbos depellit; quam sanctus Iacob; vltimum spiritum agens expectabat, cum dixit: Salutare tuum expectabo Domine,] vocat Saluatorem: Dicite filia Sion (inquit Isaias) Ecce Saluator tuus venit; ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo.] Totus enim in eo positus fuit, vt opus verè suum, opus scilicet nostræ redemptionis perficeret, & se in mercedem nobis, & præmium tribueret. Vocat redemptorem; est enim Christus agnus immaculatus tollens peccata mundi, de cuius sanguine ponentes super vitumque postem cordis, & corporis, & in superliminaribus domorum, id est, (vt interpretatur Gregorius) in intentionibus mentium nostrarum, veros nos esse Israëlitæ dignoscimus, & à percutiente Angelo liberamur.] Vocat pastorem, oues suas, scilicet nos, defendentem & pascentem. Vnde apud Ezechielem dicit Dominus: Et suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascet eas, seruum meum Dauid, ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem, ego autem Dominus ero eis in Deum.] Hoc enim Dauid Christum Dei filium significari, nemo dubitare poterit (vt

A notat Augustinus) qui aduertit, Dauidem illum Israëliticum regem, multis annis ante Ezechielem, mortuum obiisse, neque vnquam ad pascendas rationales oues surrexisse. Vocant aduocatum & mediatorem inter Deum & homines, qui inimicitias sustulit, & subiectos, minimè Deo suo obsequentes subdidit, & gratiam, ac misericordiam illis impetrauit. Properas enim homo, sine querela deprecari pro populis, proferens seruitutis suæ scutum orationem, per incensum deprecationem allegans, restitit iræ, & finem imposuit necessitati.] Quis est iste homo sine querela? Nunquid Aaron? Nequaquam; sed Pontifex noster Christus, qui (vt ait Augustinus) assumpto thuribulo carnis humanæ, & superposito igne altaris, anima sine dubio illa magnifica, cum qua natus est in carne, adiecto etiam incenso, qui est spiritus immaculatus, medius inter viuos & mortuos stetit, & mortem non permisit vltra grassari.] Aliis tandem innumeris nominibus Christus in sacris paginis compellatus est, quæ eius opera, nostri gratia facta; manifestant, & incredibilem erga nos amorem declarant, quæ si recenserentur sigillatim, tempus deficeret, & vires omnino succumberent.

Vnum tantum adiicio, quod appositissimum est ad id quod intendimus explicandum. Vocatur enim Christus iustitiæ sol, sub quo nomine promittit eum Deus in vaticinio Malachiæ: Et oriatur (inquit) vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius.] Quis sit iste sol iustitiæ, dicat nobis Cassianus: irascimini (inquit) virtutis, & furori vestro, ne conuenientibus vobis sol iustitiæ Christus, incipiat propterea iracundiam vestram, mentibus obsecratis occidere, & discedente illo, locum Diabolo in veris cordibus præbeat. De quo sole per prophetam Deus euidenter commemorat, ita dicens. Timentibus autem nomen meum oriatur sol iustitiæ.] Dicit & Beatus Cyrillus: Sol autem nobis fulgêtur Christus ipse apparuit, de quo Deus Pater dicit: Et oriatur vobis sol iustitiæ, & delictorum frigiditate corruptos, spiritus ardore ad iustitiam resciciens.] Dicit & Eusebius Cæsariensis: Qui sæpè nominatus est, & Dominus, & Deus, & Angelus, & Princeps Imperatorum, & Christus, & Sacerdos, & Verbum, & Sapientia Dei, & imago nunc quidem sol iustitiæ dicitur. Hunc ipsum igitur, is, qui genuit Pater, non omnibus oriturum promittit, sed solis nomen suum timentibus, vt sic illis timorem erga se præmium solis iustitiæ det lumen.] Dicit & Sanctus Hieronymus: Sol iustitiæ est, qui verè omnia iudicabit, & nec bona, nec mala, nec vitia latere patietur. Et sanitas erit in peccatis, vt sanatos per penitentiam portet in humeris suis, iuxta id quod in Deuteronomio scriptum est: Expandens alas suas suscepit eos, & in homeris suis portauit illos: Quare ergo Saluator noster Iesus Christus soli comparatus est, nisi quia sicut sol se habet in mundo, ita ille se habet inter suos: Quid est sol, nisi tamquam quidam rerum corporearum Deus, fons & origo omnium bonorum, quæ in corporibus inueniuntur, quem Deus fecit, vt in eo tamquam in perfectissima omnium corporum creatura seipsum prout possibile erat, exprimeret. Est certè tamquam quidam corporum Deus: nam si iudices appellantur Dij, propter quamdam auctoritatem, qua super alios pollent, vnde audiunt à Deo ipso, qui nomen suum illis impertit: Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes] quidni solem vocemus quasi Deum, eum omnibus corporibus emineat, & cumulum omnium bonorum impertit? Iure optimo vocatur (quia re vera est) fons omnis corporalis boni; quia nihil est in corporibus sibi subiectis, quod ab

B **C** **D** **E**

Aug. l. de
ciuitibus.

Sapient.
18.

Aug. ser.
98. de tẽ-
pora.

Malach.
4.

Cassia. li.
8. de spiri-
tu s. c.
8. & 9.

Cyrril. li.
4. in Ioã.
c. 29.

Euseb. li.
5. de Enã
gol. c. 29.

Hierony.

Deut. 32.

Psal. 81.



illo tamquam à fonte non effluat. An bonum est vita? Sed sol, omnia corpora vitæ capacia, viuificat. An bonum est salus? Sed suo motu mortalibus salutem affert: An bonum est diurnitas? sed omnia conseruat. An bonum est augmentum? sed omnia auget, & nutrit. An bonum est ordo? sed omnia disponit, atque gubernat. An bonum est pulchritudo? sed omnia suo splendore condecorat. An bonum est voluptas? sed sua venustate oculos mirificè recreat. Dulce enim lumen, vt est apud Ecclesiasticum, & delectabile est oculis videre solem.] Ipse est lustrans vniuersa qui in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur, vt omnia tamquam benignissimus princeps inuisens eis in necessitate constitutis opem afferat. Ipse terram feracem, & vberem reddit, vt germinat herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciès fructū iuxta genus suū.] Aquam fræcundat, vt producat reptile animæ viuentis, & volatile super terram sub firmamento cæli.] Aërem quotidie tamquam famulum valde dilectum & familiarem nouo indumento luminis vestit, & amictu non minus recenti, quam splendenti decoratum prodire facit. Ignem ad sui operis efficaciam iuuat, & ad mundi calorem secum in circulum vertit. Lunam & stellas natura sua obscuras, & horridas illustrat, orbes cælestes illuminat, hominum habitationem à bestiis ferocibus purgat nocentium alaturis; Nam ipso super medium orbem exorto congregatæ sunt, & in cubilibus suis collocantur, vt exeat homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam.] Denique à supremo cælorum vsque ad infima terrarum viscera, omnia suo influxu replet, fouet, atque tuetur. O pulcherrima imago Christi mei! O formosissimum vestigium ducis mei! Laudo eum, qui in te posuit tabernaculum suum,] glorifico eum, qui te tam decorum, tam agilem, tam fortem, tam admirabilem creauit, vt in te, atque in tuis effectis, suam mihi eximiam charitatem ostenderet.

Ita ergo Christus est verus Ecclesiæ sol, in quo ea reperiuntur multò perfectiùs & illustriùs, quæ in corporeo sole descripsimus. Est enim Deus, non quidem nuncupatiuus, sed verus, & Patri æqualis. Nam Deus erat Verbum,] illud inquam verbum, quod caro factum est, & habitauit in nobis.] Non est quasi Deus corporum, sicut sol, sed Deus verus omnium corporum, & animarum omnis viuentis, & spiritus vniuersæ carnis, vt est apud Iob, & omnis tam visibilis, quam inuisibilis creaturæ. Ipse est fons perennis omnium bonorum: Non vt exaltauit gigas ad currendam viam, à summo cælo fuit egressio eius, & cursus eius vsque ad summum eius, neque est qui se abscondat à calore eius.] Ab eo vitæ recepimus, quòd regius propheta libentissimè confitetur, dum ita æternum Patrem alloquitur; Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.] Fontem enim vitæ (inquit Basilius) vniuersum Dei verbum nominauit: Nam ita illud seipsum per Ieremiam Prophetam vocat, dicens. Me dereliquerunt fontem aquæ vitæ, & foderunt sibiipsis cisternas, quæ aquam retinere non poterunt.] Dixit itaque fontem istum esse apud Patrem secundum Euangelicam doctrinam, quæ dicit: Ego in Patre, & Pater in me est.] Ab ipso salutem donatam habemus, & non est in aliquo alio salus,] Ab ipso diurnitatem, diuitias & gloriam comparamus; quoniam longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra eius diuitia & gloria.] Hic splendidissimus sol, cæcos & ignorantes illuminat, nam magister est; duros, & intratables emollit, quoniam fortis est; proficientes;

A & puritatem suspirantes perficit, quoniam diues est, perfectos & sanctos extra seiplos educit, & mirabiliter seipsum afficit, quia incomparabilis pulchritudo est. In regia illa cælesti, quam totis medullis suspiramus, tres diuinas personas gloriosissimè recreat, & Angelos ac sanctos lætificat; in exilio isto, quod horremus, omnibus viuentibus lucet; Nam est lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum; in visceribus & finibus terræ, quos timemus, animas quæ simul purgantur & puniuntur, refrigerat, & à laqueis ignium ereptas in cælum infert. Hic est sol nouus (inquit Ambrosius) qui claustra penetrat, inferna referat, corda rimatur. Hic nouus est sol, qui spiritu suo viuificat mortua, corrupta reparat, suscitatur iam defuncta, vel qui calore suo purgat sordida, exurit fluida, decoquit vitiosa. Ipse inquam est, qui in cunctis actibus nostris perspicit omnia opera nostra, & non tam condemnat crimina, quam emendat. Hic planè est sol iustus, & sapiens, qui non sine discretionem, sicut istius sol mundi, bonis ac malis similiter circumferatur, sed quodam iudicio veritatis, sancto lucet, occidit peccatori. Hoc autem inter vtrumque inter est solem, quòd ille iudicium meruit; hic iudicium comminatur; quòd ille corruptionis minister est; hic æternitatis est Dominus: quòd ille creatura est; hic creator. Sic ille.

O quis vidisset hunc solem Deum! O quis aspexisset hunc solem filium Dei! O quis intuisset hoc luminare maius, quod præest non solum dici prosperitatis ad lætificandum, sed etiam nocti aduersitatis ad adiuuandum! Beati oculi qui viderunt eum, beatæ aures; quæ audierunt eum: quoniam multi reges & prophete summis votis concupierunt videre, & audire solem istum, nec tamen id assequuti sunt. O bone Iesu! ô sol iustitie! ô lux indeficiens! ô lumen occasum nesciens! quis te vidisset, cum mortali carne tamquam nube tectus officium solis agebas, & per mundum discurrebas! omnes, qui te videbant, verum solè videbant, & beneficio aliquo solis gaudebant. In præsepio, & infantia fuisti sol virginem allicies, nutritium admirans, pastores attrahens. In pueritia & silentio sol, mundum perlustrans, omnium indigentias aduertens, remedia precibus & gemitibus prouidens. In conuersatione sol, tenebras impietatis dispellens, vitiorum hypocritism detegens, virtutis veritatem ostendens. In prædicatione sol enarrans gloriam Dei, & opera manuum eius annuncians, gelida corda dissoluens, animorum affectus tamquam vapores quosdam in cælum attollens. In morte sol quasi omnium rerum fortissimus, solem istum obscuras, animalia venenata, id est monstra peccatorum fugans, mortem, & infernum prosternens. In resurrectione sol hostes spolians, mortuos viuificans, viuos recreans. In ascensione sol, iter ad vitam pandens, spem ad superna erigens, calos aperiens. O sol lucidissime; claudantur iam oculi isti carnei, quibus solem corporalem aspicio, vt oculi spiritus aperiantur, quibus te vnicam spem meam videam, quia tu dixisti: Non videbit me homo, & viuere.] Aut saltem dum hoc cõceditur, sensus omnes mei, dono mortificationis, cõsopiantur, vt mens inuigilet, lucis diuinæ efficiatur capax, & te summum bonum contemplet. O sol splendidissime, tu es verus iustitie sol, qui lucens nobis, nõ corporale lumen, quod muscæ & calices vident, sed lumen spirituale, quo mentes Angelicæ perfunduntur, non corporalem calorem corpora te perfaciem, sed calorem iustitie & sanctitatis infundis. O sol lucidissime sanitatem affers in penis tuis; quoniam manus tuæ lateribus crucis affixæ, & pedes tui clauo durissimo perforati, morbos animi pellunt, & agritu-

Ioan. 1.

Ambros. 15. de Nat. Domini.

Exod. 33.

dines fugant, vulnera sanant, & omnium virtutum sanitatem mentibus inferunt. O sol amantissime, hæc opera & beneficia tua multo præstantius quam verba, ardentissimam, tuam manifestant charitatem. Quis enim, vel cæcus non videat à te nos incredibili amore diligi, qui tanta, & tam mirabilia opera pro redemptione nostra benignissimè perficis? Inuitas nos Domine, & ad te venientes dulcissimè amplexaris, libentissimè recipis; reuertes tamen venire patienter expectas. En stas post parietem nostrum;] post impedimenta scilicet peccatorum nostrorum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos,] rimulas quærens sicut verus sol, vt sedentibus in umbra mortis, tuam lucem communices. Hæc Deus meus sit nostra lux, hæc nostra lætitia, vt nos paruuli, te gigantem sequamur, vt nos discipuli, te magistrum imitemur; vt nos fratrum amatores, operibus amorem & charitatem ostendamus, vt nos socij tui, sicut & tu in mundo, dum viuimus, soles simus.

Hæc igitur sit formula perfectionis, quam quisque indetese respiciens, eique iugiter se accommodans, perfectionem fraternæ charitatis intus latentem in corde, exterius bonis operibus demonstrabit. Hic sit scopus, in quem infatigabiliter intuens, diligit alios, non verbo tantum & lingua, sed sicut Christus iustitia magister opere & veritate. Hæc sit regula, qua propriam vitam dirigat, quotidianæ operametiatur, vt verus amator proximorū, Christi Domini discipulus, & beneficus in fratres omnes, & plane perfectus euadat. Consideret se tamquam si esset in mundo quidam sol, illius primi, & veri solis imago, quem debet in seipso vitibus totis exprimere, & decore, luce, puritate, ac operibus imitari. In vita beata, quam sperat, splendet instar solis clarissimi. Nam vt ex ore summæ veritatis accepimus: Fulgebunt iusti sicut sol in regno Patris eorum.] Qui ergo postea in alio sæculo gloria, & claritate futurus est sol, sit etiam in sæculo isto non corporeo splendore, sed sanctitate, sed vita, sed actionū suarum utilitate. Vt autem istam dilectionis formulam sigillatim explicemus, & ad vitam religiosam, & spirituales eius functiones applicemus, ex qua facile erit ad alias dilatare; considera te ipsum, quisquis hæc legis, in cella tua, tamquam in orbe tuo residens ac si factus esses à Deo mundi sol; sibi penas lucis, & radios splendoris, id est, purissima desideria, ignitos affectus, feruentissimas, & frequentissimas orationes extende, quibus ea, quæ supra te sunt, scilicet Deum, & beatos spiritus, lætitia perfundas; ea quæ infra te sunt, nimirum animas, quæ in purgatorio mundantur, suffragijs recrees, & demones, qui in inferno puniuntur, virtute tui feruoris exteras; ea, quæ iuxta te sunt, scilicet iustos viuentes promoues, & peccatores suæ salutis oblitos ad omnium Creatorem conuertas. Sis sol in contemplatione positus, qui sapientia diuinitus immissa luceas, & amoris ardore, non tibi tantum, sed etiam cæteris, caleas. Sis sol actione occupatus, qui incredibili celeritate mentisque lætitia proximis profis, & munus tibi commissum exequaris. Sis sol in conuictu fratrum constitutus, qui omnes consilijs adiuues, exemplis subleues, & opere, si disciplina religiosa permittit, sin minus voris, & desideriis opituleris. Qui te diurnas, aut nocturnas horas psallentem viderint, videant solem, qui & spiritu & mente Deum adorât, & laudat. Qui te incruentum sacrificium offerentem aspexerint, aspiciant solem, qui omnes circumstantes, modestie decore reficiat, deuotione adificet, profundissima reuerentia in admiratione rapiat. Qui te obedientia iussa perficientem animaduertent, animad-

uertant solem suo factori infatigabiliter obedièrem, & numquam ab opere sibi iniuncto cessantem, in quocumque loco sis, quacumque occupatione tenearis, siue solus, siue alijs associatus, aut quiescas, aut labores, tecum ipse perpende, esse te solem, quæ omnes aspiciunt, in cuius opera vniuersi oculos habent defixos, & sic virtutis, & edificationis terminos minime transgredieris. In vigilia otiositatem vita, sanctam occupationem diligenter amplectere; in somno circumspicere te gere, & omnem incuriam, & immodestiam caue. In refectioe abstinentes, in potu sobrius, in recreatione parcus, in conuersatione circumspicere ab aspicientibus inueniatur, quia nihil esse debet in sole, quod alios offendar, sed omnia ad virtutem, ad sanctitatem, ad Dei laudem alliciant. Si confessiones peccatorū exceperis, dic intra te ipsum. Ego sum sol, qui debeo istorum ignorantias illuminare, peccata dissoluere, & ad meum creatorem conuertere. Si verbum Dei populo proposueris, dic; Ego sum sol, qui debeo istorum corda durissima emollire; fluxas voluntates confirmare, gelida pectora ad calorem amoris, ad lachrymas, ad compunctionem adducere. Si pro aliquo negotio domum egrederis, & inter sæculares conuersaris, dic; Ego sum sol, decora facie, & pulcher aspectu, qui silentij grauitate conuersationis modestia, verborum, & actionum mearum rectitudine nullum lædere, omnes autem adificare teneor.

Hæc itaque solis recordatio nos fratribus valde utiles, & non verbo, sed opere amatores efficiet; & felix ille, quem exitus vitæ ita se gerentem, ita mundum illuminantem, ita omnibus proficientem inuenierit: Nam virtus eius numquam deficiet, sed quasi lux splendens procedet & crescet vsque ad perfectam æternitatis diem.] Ille est ille mysticus Gad (quod interpretatur felix) de quo in Deuteronomio scriptū inuenimus. Benedictus in latitudine Gad, quasi leo requieuit, cepitque brachium & verticem, & vidit principatum suum, quod in parte sua doctor esset repositus, qui fuit cum principibus populi, & fecit iustitias Domini, & iudiciū suum cum Israel.] Quis rogo est iste Gad, id est, accinctus, nisi ille, qui amore promptus & expeditus est, vt omnibus beneficiat, etiā si ab eisdem mala patiatur? Hic profectō in latitudine benedicatur, quia vniuersi eū amant, venerantur, eūsq; aspectū concupiscunt, dum per charitatem dilatatur. Quasi leo securè requiescit, quia ab iis, à quibus amari se nouit, & quos beneficijs auxit, malū aliquod sibi inferri nō timet. Quomodo enim pertimescet viros tabernaculi sui, quos præ amore dicentes audit illud, quod familiaribus lob amor ipse dicebat. Quis det de carnibus eius, vt saturemur?] Accipit brachium & verticem, nam & Principum potentia vero amatori subditur, & Doctorum sapientia subiicitur. Charitas enim potestatem inclinat, sapientia imperat, & nihil est tam asperum, ac durū, quod non amorem superiorem agnoscat. Quid autem est in principatu amatoris Doctorē reponi, nisi illud quod in Psalmo legimus: Gustate & videte, quoniā suavis est Dominus: Nam sicut gustus, hoc est, amor Domini nos ad eius visionem introducit; ita proximi amor Doctor est, aperiens oculos nostros, vt fratrum indigentias videamus, & viam ostendēs, vt eis liberaliter subueniamus. Hic tandem est adiutor principum populi, factor iustificationum Domini, dum vniuersa complet mādara, & effector iudicij cum Israel, id est, cum his qui vident, & contemplantur Deum. Amor enim tamquam sincerissimus iudex discernit, quænam diuorum contemplatio pura sit, quæ verò ab hac puritate decidens propriæ voluntati miscetur.

Illud autem memoria retineri oportet, quod sol,

Cant. 2.

Matt. 13.

Prov. 4.

Deut. 33.

Iob. 31.

Psal. 33.

& si omnia illustret, omnia decoret, tamen in loca sibi propinquiora efficacius beneficia suae operationis inducit. Idem ergo soles spirituales faciant, barbaros illuminent, infideles trahant, peccatores conuertant, externis subueniant; sed amoris opera in fratres magis sibi, tum meritis, tum statu coniunctos praecipue conferant. Vt enim calor, qui manum comminus admotam non calefacit, eminens positam multo minus calefaciet; sic ille, qui fratres magis utique sibi copulatos non fouet obsequiis, nec mulcet alloquiis, minimè sciet extraneos, & quasi longe positos operibus fouere, atque iuuare. Illis itaque, quos propiores inuenimus, primùm viles & proficui simus. Hos praecipue exemplo aedificemus, laboribus adiuuemus, sedulitate obsequamur. Si fortiores adiuuemus, illud Pauli non excitat: Debemus nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere.] Tunc autem sustinemus, cum infirmiores nos ipsos submittimus, eiusque iram, aut iniuriam, aut animum ingratum perferimus. Sciendum enim est (inquit Cassianus) illum partes agere fortiores, qui voluntati fratris suam subiicit voluntatem, quam eum qui in defendendis suis definitionibus, ac tenendis pertinacior inuenitur. Ille enim sustentans, ac tolerans proximum sani ac validi, hic autem infirmi & aegrotantis quodammodo obtinet locum, quem ita palpari necesse est, ac foueri, vt interdum etiam à rebus necessariis pro eius quiete ac pace salubre sit aliquid relaxari.] Si autem nos sumus infirmiores, meminerimus, quod iuuando (pro posse) alios, Dei potentissimi ac fortissimi auxiliis dignos nos reddimus. Magnū opus est, quod molimur nos ipsos & alios perficere, firmior occurat infirmiori, infirmus verò faciat modicum, quod potest in auxilium fortioris, vt Deum adiutorem experiatur. Hac enim ratione Nehemias caeleste sibi auxilium promittit. Opus (inquit) grande est, & latum, & nos separati sumus in muro procul, alter ab altero, in loco quocumque audieritis clangorem tubae, illuc concurrite ad nos.] Ex hoc autem quid fiet? Deus noster (ait) pugnabit pro nobis.] Et nostrum opus quoque est magnum, & latum; magnum quia nihil maius, & altius quam veram sanctitatem adipisci, caelestem patriam intrare, confortes Sanctorum & Beatorum spirituum fieri: & latum, quoniam nihil latius & diffusius, quam vniuersorum animas quærere, & omnes homines amore & spiritualibus obsequiis complecti. Nos autem separati sumus in hoc Ecclesiae muro, si non animo, saltem locis & terrarum spatiis. Vbi cumque ergo audierimus aliquos ex nostris, opem poscentes, & auxilium flagitantes, illuc accurramus omnes ad praesidium ferendum; accurramus oratione pro eis fusa, accurramus labore, & auxilio, opere illis praesitito; Sic enim Deū nostrum habebimus defensorem, & experiemur propugnatores. Ille est praestantissimus perfectionis proximos respicientis effectus, omnibus prodesse, omnibus vtiliter effici, ac vniuersis nos soles splendidissimos exhibere. Quem hoc perfectae charitatis fructu potitum nouerimus, non dubitemus infantiam & iuuentutem charitatis excessisse, & ad eius peruenisse virilem aetatem, quae in vera huius vitae perfectione consistit.

Perfectionem, qua ratione iungit nos proximis, eo loco contineri: Hoc est praecceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos: Et praecceptum Christi vocari, propterea quod contineat in se charitatem Dei.

C A P. XXIX.

Perfectionis fructibus explicatis, quos in proximorum utilitatem profert, æquū est, vt quo loco fuerit à Christo Salvatore nostro madata, sigillatim inquiramus. Neque enim credendū est, doctorem perfectionis, atque iustitiae hanc perfectionis partem, quam tot operibus docuit, verbo & doctrina praeteriisse. Neque inutilis erit ista inquisitio, quae Christi doctrinam de hac perfectione praedicatam inueniens, mirificè eundem perfectionis vim & naturam aperiet. Nam sicut vnum verbum, & satis abbreviatum huius sacri Doctores & veri Dei, expressius nobis perfectionem amoris erga Deum, quam verba omnium sapientium huius saeculi, exposuit; ita vnum verbum eiusdem, absolutius perfectionem amoris fraterni, quam omnia verba doctorum, explicabit. Verbum ergo Christi, quo perfectionem proximos respicientem iussit, atque praecipit, illud est, quod in concione habita in postrema caena digestum est. Hoc est praecceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.] Id quidem modus ferendi, ac promulgandi istud mandatum, apertissimè manifestat. In aliis namque mandatis, nunquam Dominus hac formula loquendi vsus est. Hoc est praecceptum meū, vt omnino non iuretis, vt Sabbata sanctificetis, vt parentes honoretis. Numquam dixit: Hoc est praecceptum meum, vt non furemini, vt non mœchemini, vt non falsum testimonium loquamini. Imò (quod mirabilis est, & magis stuporem auget) nunquam dixit: Hoc est praecceptum meum, vt diligatis Deum ex toto corde vestro, & ex tota anima vestra, & ex tota mente vestra, sicut ipse dilexit vos; sed dixit: Hoc est praecceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut ego dilexi vos.] Quam ob causam hoc dilectionis praecceptum, suum praecceptum nuncupauit, nisi quia in eo, sicut in praeccepto amoris erga Deum, quod manifestissimum erat, perfectionem mandabat, & totius legis, ac mandatorum finem, summam, & compendium exprimebat? Dicit aliquando pater, ex multis filiis, quos genuit, vnum digito ostendens: Hic est filius meus, non quidem negans alios suos esse filios, sed eum, quem suum appellauit, dilectissimum, & charissimum astruens, & declarans se erga illum maiorem habere charitatis, seu amoris affectum. Sic Christus, qui multa praecerat, multa mandata tulerat, hoc fraternae dilectionis praecceptum vocat suum non quia alia non sint praeccepta sua, cum ipse sit supremus legislator, omnem legem gratiae condeas, & omnia eius mandata in medium producat, de quo scriptum est: Constitue Domine legislatorem super eos vt sciant gentes, quoniam homines sunt.] Sed quia hoc praecceptum, primum, ac praecipuum locum obtinet, dilectissimumque illi est. Et sicut Ioseph inter fratres suos, & sicut sol inter stellas splendidissimè fulget. Quare autem hoc praecceptum reliquis praestantia, & amabilitate praestit, nisi quia praecceptum perfectionis est, quae tamquam vita Christianae finis omnibus aliis praecceptis, quae ad finem ordinantur, & praestantior iudicatur, & amabilior inuenitur? Nec verò Dominus hoc solo modo loquendi fraternae dilectionis praecceptum, tamquam de perfectione datum, aliis omnibus praetulit, sed etiam alio satis arcano, quo ipsum nouum mandatum appellauit. Mandatum (inquit) nouum do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.] Quare nouum, quod antiquissimum erat, & in lege veteri promulgatum? Certè quia nouo modo latum est, quia non quamcumque fratris dilectionem, sed perfectam, & consummatam dilectionem petiuit, & omnimodam dilectionem Christi

Rom. 15.

Cassian.
oo. 16. ca.
23.2. Esdra
4.

Ioann. 15.

Ioann. 15.

Ipsal. 9.

Ioann. 13.